



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

82. Ordo supplicationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1661.

82.

Ordo
Suppli-
cationis.

542 CHRISTOPH. BERNARD.

disponitur supplicatio. Jam enim *Catholici* in suam quâsque parâciam, rediebant à *Societate JESV Religiosi*. *Ministros* antebat eximij *Predicatoris* *Domini* *Ministi* familia. Hanc sequebatur humilis *Capucinorum* ordo. Cui insisteret *magni Francisci* sequaces, qui à *Servitibus* *Observantia* nomen mutuuntur. De *Minores* ejusdem Patriarchæ, quos *Conventuales* appellant, Religiosorum hæc *Urbe* seniores. Quorum vestigia leguntur *sacer Ecclesiasticorum cætus*, quotquot præsentibus erant *Sacellani*, *Vicarij*, *Curenes*. Post hos usitato more gradiebantur *Canonicorum* in *Urbe* Collegia. *Primò Sanctissima Trinitatis ad Fontem salientem* pluviâlibus albi coloris amicti; & hæc *Dominicanis* præferebatur argentea *Divi Josephi Nutritij Salvatoris* statua. Proximè his, numerosiores quidem reliquis, sed *fundatione* juniores, *Divi Martini Coloniensis* pluviâlibus damascenis candidi coloris ornati; ante quos deportabant *Capucini* ejusdem Præfulis ac Patroni cum *sacris* *lipsis* ex argento simulacrum. Tam *Ludgerianos* polymitis pluviâlibus vestitos decorabat pretiosior *Divi Ludgeri* tumba ab *Observantibus* gestata. Hanc cum *Mauritanis*, quos holoserica pluviâliba rubri coloris decorabant, iterum excepit argentea, humeris *Conventualium* imposta

imposita permagni valoris tumba, vehiculum Sacri corporis & Divi *Maximi* Martyris lipsanorum. Quam sectabantur Canonici *Veteris adis* cum statua *S. Swiberti*, pluvialibus argento intertexto nitentes. *Cathedralitij* dein *Proceres*, pluvialibus partim acu non indoctâ pictis, partim auro, argentoque gravibus decori præcedebant Divum *Paulum* ex puro, solidoque argento emicantem. Horum omnium vestigiis pedem subintulit *Christophorus Bernardus* Pontificali ornamento conspicuus. Quem stipabant quatuor Canonici assistentes, atque ego, ceu *Vicarius Generalis* & qui tum sacro Tribunali præerat, *Petrus Hulsmannus*, cum reliquis aulae Sacellânis. Sacrum agmen claudibat *Guilielmus Baro Furstenbergius* veluti Sub-Custos. Tum *Nobiles* utriusque sexus; *Consiliarij* item, & familiares Principis: ac sacri, civilisque Tribunalis Administris: Denique *Senatus*, *Populusque Monasteriensis* sequebantur.

Tali septus comitatu, refertis infinitâ
hominum multitudine intra, extrâque Ur-
bem viis, tectisque, Princeps incessit; &
læto statim fragore, subeuntis mænia, vi-
ginti quatuor machinæ campestris, è novi
Castri propugnaculis, adventum denun-
ciant, majoresque quinquaginta, è turri-
bus, vallis, mœnibus horribili bombo in

83.
Pompa
ingres-
sus in
Urbem.